Pag. 669. A. Μύειον) Leūclauius ait αἰτίας, hoc accipiendum, ac idem valere ac illud πομπανθεῖς, quod in græcis historiis legitur. At grammatici reclamant. Nam (ut docet Eustathius) μύειον περιποξυνόντως, δικαίου λοι, μύειον δι παροξυνόντως, οὐ α-

ποντονοί. Quare nisi decem hominum millia h̄c intelligi dicas, μύειον παροξυνόντως erit scribendum, ut hoc significatu recte scriptum extat pag. 671. B. μύειον δὲ παροξυνόντως.

Pag. 671. E. Εἰ παροξυνόντως Αγοράσιον) Vel est Atticimus, ut πομπανθεῖς, id est, maleficio te afficio. λέγοντες παροξυνόντως. i. Maledictis te prosequor. Vel est θεοφύς, τῆς διέργαστος.

Pag. 677. E. Εἰ παροξυνόντως ξενοποντεύειν) Leūclauius in suis notis ad marginem scriptis habet, μύειον περιποξυνόντως συμβολεύειν. Atque lectionem istam omisso verbo παροξυνόντως, in sua versione sequutus est. Pater verò meus in suis comment. pag. 187. monet fortasse scribendum συμβολεύειν, à nomine συμβολή, quod & συμβολή, & ξενοποντεύειν, i. collecta, vocatur, à verbo συμβάλλω, partem, siue portionem confero. Quamuis autem hoc verbum plerisque nouum sit futurum, tamen à Xenophonte formatum dicemus, ut & alia multa, quæ apud eum reperiuntur. συμβολεύειν autem dicetur, quia pueri cibum in unum confe-rebant in scholis, ut ætatis proœcta homines publicè faciebant in conuiuis, quæ συστίνα, siue φεστίνα, siue φεστίνα vocabant. Hic nullam fere, vel saltem levissimam vocis mutationem à conie-ctura non infelici manantē habemus. At si marginis lectionem sequamur, quis ad eo cæcus est, quin lögè maiorem, ac audaciorem mutationem animaduertat? Nihil temere mutandum, nector, tantisque vulneribus miser Xenophon præter merita cruciandus, nec tam fœdè, nulla de causa, mutilandus.

Pag. 680. D. Αἴτιον αργυρομενῶν) Quonodo lo-cus hic, & sequens illud αργεῖον sit intelligendum, consule patris mei comment. pag. 193. Inde patet vulgata lectionem commodè feruari posse, nec temere mutandam. Quamuis autem verbum αργεῖον sit aliis inusitatam, tamē hoc quoque Xenophontem videtur, ut & alia sexcenta. Ab αργεῖον autem deducitur αργεῖον, vnde αργεῖον, & αργεῖον, otior. Qui verba Xenophontis attētē per-pendet, hoc à veritate nimis remotum non iudi-cabit. Vulgata versio, quæ marginis lectionem sequitur, duriorem, & auctoris menti repugnan-tiem sensum habere videtur. Lectori tamen libe-rum iudicium relinquō.

Pag. 681. C. Τῶν στίτων) Pater meus in suis comment. pag. 195. συστίνων legendum putat. Figurate autem συστίνα, αὐτὴν τὴν συστίνων ponuntur. Illud autem αἴτιον τῆς πομπανθεῖς, ut locus à nobis sic accipiatur, δικαίου λοι, μύειον δι παροξυνόντως τῆς συστίνων γιγνεῖται. Hoc modo tantam mutationem vi-tabimus, quam quidam h̄c faciunt, ut suis conie-cturis inseruant.

Pag. 684. C. Τῶν αἰτίας αἰτίαν ψευτέον) Procul-dubio τῆς αἰτίας αἰτία legendum, quod facile colligitur ex patris mei commenta. pag. 200. vbi locus iste sic ab eo explicatur. Crimen ignauiae sustinēdum, &c. Interpres latinus, qui verba græca corrupta sequutus est, in superiori versione totum hunc locum sic latine vertit, „Præterea propinquas ut virgines alat domi, ac ab eis for-titudinis nomine in ius vocetur. At in postre-ma editione veram interpretationem nobis reli-quit, patris mei commētarios, versionem, & sen-tentiam sequutus.

Ibidem D. τοῦ περὶ τῆς Συρῆς αἰτίαν] Malo patris mei

Ibidem D. Τοδὲ τῆς ψυχῆς ἀρχῆνος] Malo patris mei versionem hoc loco sequi, quia mente scriptroris melius videtur explicare. Sic autem ille pag. 201. Cūm instituisset ut ea etas causas capitales iudicaret. Si quis aliter sentit, id sequatur, quod ad veritatem quam proximè accedere putat. Liberum enim est iudicium.

Ibidem. Σπουδαίεσται] In pretio, & honore est. P.m. comment. pag. 201. Ibidem docetur quid si bi velint hæc Xenophontis verba, οὐ περὶ αἰγάλην, nimur, ista contentio, & prensatio de obtinendo isto magistratu. Vide locum.

Ibidem E. Οἱ βουλόμενοι] οἱ μὴ βουλόμενοι legendum, vt pater meus in s.c. pag. 201. disertissimis verbis monet. Quam lectionem & ab aliis in postremis ipsorum operibus probatam, ac notatam animaduerti.

Pag. 685. B. Τινὸς αἰνόσαι νῦν αἰάγκην] Interpres, Necessitatem, quæ recusari nequeat. Sed hæc interpretatione videtur obscurior, neque græci vocabuli vim, neque Xenophontis mentem satis appetè declarat. Sic enim Xenophon grauissimam necessitatem appellat, quæ non nisi maxima cum difficultate molestiā; ferri, sustineri; poterat. Propriè quidem αἰνόσαι id vocatur, quod nullo prorsus modo ferri, sustineri, tolerarique potest. Interdum vero, quænamadmodum & hīc, latiore significacione, καθ' ἵψεολῶ, pro grauissimo, durissimōque sumitur, quod maxima cum difficultate (vt antè dictum) ferri potest. Idem interpres in superiori editione melius hanc vocis græcæ vim expressit, quum vertit, necessitatem, cui resisti nequeat.

Pag. 686. A. Μόες] Hac de re consule patris mei comment. pag. 203.

Ibidem D. Τοῖς ὄποιαιχοῖς] Sic appellantur, qui prælii in eunt armati, qui pugnant armati. Leunclavius gladiatores vocat: sed an Xenophontis mentem sit asscutus, alii iudicent.

Pag. 687. A. Ω̄ αἱρετοῦνται τοῖς τεφροῖς] Ex hoc loco patet, supra circa septimi græcarum historiarum libri finem, pag. 646. B. legendum, αἱρετοῦνται τοῖς τεφροῖς, non autem, vt vitiosè scriptū extat in superioribus editionibus, αἱρετοῦνται. Quam erroris molem à Lynceis haec tenus haud animaduersam miror.

Pag. 689. E. Αρμόσονται] αρμόζειν iam significat eum magistratum gerere, qui nomen hinc habet αρμόντη, quæ voces boni magistratus officium indicant. Idem verbum extat pag. 690. A.

Pag. 690. C. Πρὸ τῆς πόλεως] Leunclavius ait se non dubitare quin ω̄ τῆς πόλεως sit scribendum. Sed ego nihil mutandum censeo. Nam τοῦ cum genituio sēpissime reperias positum loco præpositionis ω̄. Quare οὐανύμως hæc duæ particulæ à probatis scriptoribus usurpantur. Rem aliquot exemplis facile confirmabo. Euripides in Alcestide, pag. 248.

Αρκούμενημεῖς οἱ τεφροῖς οὐθέν. Ήτο τοῦ τεφροῖς σέθεν positum vides αἱρετοῦνται, θεοῖς τεφροῖς. Idem eadem fab. 255.

Η' περ γε τῆς σῆς τεφροῦ θεῶν ψυχῆς τεκνοῦ. Quodapertius dicitur pag. 256.

Οὐκ ἡ ἀλησσαῖς, εἰδὲ ἐπόλυμησαῖς θεῶν
Τοδέ τοῦ τεφροῦ.

Ibidem,
Τοδέ τοῦ τεφροῦ κατεστῶν.

Item

A pag. 257. τὸ τεφρόν, & τὸ τεφρόν οὐανύμως in eodem verbo possum legitur.

Μή ηγετέχει τοῦτο αἱρέσθαι, οὐδὲ έγει τοῦτο τοῦτο.

Et eadem pag. 257. & 258. idem variis in locis legas. Et in Ione, pag. 677.

Ἐταὶ τοῦτο γάρ τις φράγμα παρθένοις κατενεῖ. Sed quid opus alienis, cūm domesticis exemplis uti possimus? Xenophon enim ipse pag. 36. 6. dicit, τοῦτο τὸ τεφροῦ τῶν θεῶν εὐθέως. & 416. B. Βεβουλεῦσθαι τοῦτο τοῦτο. & τεφροῦσθαι, Θεοῖς τεφροῖς τοῦτο τοῦτο. 918. A. 919. B. &c. τοῦτο τὸ τεφροῦ τοῦτο τοῦτο. 919. C. Cur igitur locum minimè corruptum corrigeamus? Cur fano medicinam importunè faciemus?

Ibidem. Σκηνὴς αὐτοῖς δημοσίαις αἴσιδέξει] Pater m. in s.c. pag. 210. monet hinc sumi posse correctiōnem superioris loci, qui legitur pag. 689. A. τῶν τοῦτον δημοσίαις οὐανύμως. Si τοιών ποτε δημοσίαις addas, locus erit integer. Ταῦτα μέντοι τῶν εὔστοχον ἐπενόρθωσιν ικανές τῶν φιλοδέξιων, καὶ τὸ τοῦτο μεγάλον ωρεποτές εὐφαρμόσεις δικτυον μεγάλορρημονέστατε ἐπιστητίας αὐτοῖς αἱρέσθαι πῶς εὐφαρμόζειν οὐκ ὄντος.

Pag. 692. C. Χρημάτων ἀνίσιος τῶν αἱρέσπιτων] Minima mutatione facta locus hic emendari comodiè potest, si pro ἀνίσιος legas ἀνίσιος. Illud autem ἄγαν præcedens, hīc etiam λαχονοῦ repetetur, & construētio sic plena fiet, τὸν δὲ πνία, &c. ἄγαν ἀνίσιος τῶν αἱρέσπιτων τὸν δὲ αἱρέσθαι. Sic igitur nihil erit addendum. Illud vero αἱρέσθαι, Ionicè formatum, pro communi αἱρέσθαι, vt αἱρέσθαι, pro αἱρέσθαι. Qua de re cōsule Triclinii scholia in Sophoclis Antigonē, pag. 252. 3. in voces, τὰ εὐτέλειαν.

Ibidem. Εξης] Hoc ab interprete prætermisum. Significat autem deinceps, ordine, alii post alios.

Ibidem. Τοὺς δέξιαν πάντας] Prudentissimos) (ποὺς παρατένους. Fr. P. 242.

Pag. 694. A. Αἴμασι] Quis αἴμασι, quid αἴμασι, & vnde sit dictum, vide in p.m.c. pag. 214.

Ibidem C. Τῶν τροπανείων] Τὰ τροπανεῖα vocabatur pecunia, quæ ab utroque litigatore deponebatur. Hæc autem erat τῶν τροπανείων merces, quæ & τροπανεῖα dicebatur. Francisc. P. in s.c. pagin. 215.

Pag. 695. B. Ελαύνειν εὐθὺς αἵσιοῖς τοῖς εἰσβαῖνει] Leunclavius hunc locum ita corrigendum censet, ελαύνειν εὐθὺς αἵσιοῖς τοῖς εἰσβαῖνει. Ego vero longè minori mutatione facta, sic legendum arbitror, ελαύνειν εὐθὺς αἵσιοῖς τοῖς εἰσβαῖνει. Integra verba sunt, εὐθὺς αἵσιοῖς τοῖς τοῦτον εὐθύνειται, τοῦτον εὐθύνειται, τοῦτον εὐθύνειται, αἵσιοῖς τοῖς, δινεῖται, &c.i. Multi etiam simul ac naues ingrediuntur, statim eas remis agere possunt, vel norunt. Sequitur deinde ratio. Pag. 696. E. Xenophon hanc ipsam locutionem habet, τὸν δὲ πλοῦν μόνοι αἵσιοῖς τοῖς, vbi verbum αἱρετοῦνται, quod pag. 699. A. bis exp̄r̄sum extat.

Pag. 697. E. Η' ὑφ' ὅπν] Consule P. m. comment. pag. 219. Nisi (inquit) pacta seruent pauci, culpi in alium nullo modo transferri potest: sed hæret ipsi paucis, & criminis auctores ipsi soli, non alii videntur esse. Leunclavius hanc versionem sua comprobauit.

Pag. 699. C. Διατρεπτοῦνται τοῖς] Proculdubio ex verbis illis præcedentibus, quæ leguntur in hac ipsa pag. A. Διατρεπτοῦνται τοῖς πόλεως, & ex iis, quæ sunt in B. & C. πολὺ διατρεπτοῦνται Αἴμασι, & πολὺ διατρεπτοῦνται, patet hīc etiam διατρεπτοῦνται τοῖς legendum. Hoc & à Leunclaviō DD dd

fuit obseruatum: sed nullis, vt à me, rationibus, & A exemplis confirmatum.

Ibidem, D. Διαδικασίου ἐπον.] Præcedens δὲ h̄c quoque subaudiendum, vt & in sequentibus infinitis.

Ibidem, D. Τετραγωνικῶν ἔτη δέ τοι χρόνον.] P.m. in f.c. pag. 221. sic locum istum legendum monet, ὅταν δέ τοι χρόνον δέ, & cæt. Hanc emendationē & Leunciauius in sua postrema Xenophontis versione sequitur.

Ibidem, D. Στρατας.] P.m. in f.c. pag. 221. B asparatius fortasse legendum ait. Vide locum.

Ibidem, E. Εἰ στὸν αἰματοῦ δέν] Hæc lectio bona est, bonumque sensum habet. Si verò [ille] fatetur de [rebus] omnibus oportere iudicium facere. Vel, de rebus omnibus cognoscendum esse, necesse est per annum id fieri. Vel, ad iudicia de rebus omnibus exercenda, anno integro opus esse necesse est. Nihil igitur mutandum.

Pag. 700. A. Σωδικάσιον πονήσθιον.] Quamvis non dampnum Leunciauij coniecturam, εἰ τὸ πῶ, tamen vulgatam lectionem commodè seruari, defendique posse duco. Nam particulam ὡς s̄pius ante infinitos non exprimi: sed subaudiiri constat. Quare nihil h̄c quoque præter morem fiet. Locus autem sic erit integer, ὡς δικάζεν. Sic pag. 701. A. οὐδὲν ἀσυμέτρη, pro ὡς οὐδὲν ἀσυμέτρη.

Ibidem, D. Οἰδημοιοι πονέομετροις] Homerus ἔτη Odysseas. P. 17. lib.

Οἱ αἰεὶ πὸν ὁμοῖον ἄγει θεός: οἱ τὸν ὁμοῖον.

Aristot. Rhetor. libr. I. ἢ τῷ φέλει πονήσθιον. Fr. P. pag. 223.

Pag. 702. D. Επιμασίμου] Sic & in aliis editionibus inuenio constanter scriptum. Quare si codex mendo caret, augmentum, quod temporale nominatur, ab auctore consulto neglectum dices, quod parum probabile. Hoc enim poetis quidem, propter ipsam metrorum necessitatem non raro facere licet: sed orationis solutæ scriptoribus eadē licentia non permittitur. Quare lectorum monere volui. Nam alioqui dicendum ἐπιμασίμου. Hoc ab aliis, qui sunt ἐξαρχεῖσθαι, non animaduersum miror.

Ibidem. Γύρα, εἰς δὲ παῖς τὰ παλαιά πατέρες] Huc illi Antiphani elegantes versus commode referri possunt, qui in vulgatis sententiis extant, pag. ex Crispinitypis, 2. 47.

Πρὸς γόνον τὸ γῆρας, ἀπεριπτασθεῖσον,
Ανατα τερπνότερα πατέρας τὰ πατέρες.

Idem ibidem.

Τὸ γῆρας ἀπεριπτασθεῖσον.
Παῖς τέστερον εἰς τέντοντα πεφυγέσθαι.

Pag. 703. C. Τὸς περιμαίνονται ἔνας] Leunciauius h̄c ita legenda censet, τὸς περιμαίνονται ἀδὲ ἔνας. Ego verò minore cum mutatione sic ista legerem, τὸς περιμαίνονται ἔνας. id est, Qui aliquid fore prædicunt. Nam ἔνας, αὐτὸν τὸ περιμαίνονται, quia vel ante, vel post ἔνας subauditur particula, de cuius particula vi, vñque pluribus à nobis actum supra, pag. 346. D.

Ibidem, D. Αὐτοῖς οἱ πόλεις] Hoc est Apollinis oraculum,

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώπερος οἱ Εὔερπίδης.
Αὐτοῖς δὲ παῖς τῶν Σωκράτης σοφάπεπτοι.

Pag. 707. D. Επειδὼν, ἔτη] Pater meus in suis comment. pag. 246. ēπειδὴ legēdum moner. Hoc enim causam, illud verò, tempus significat, qui sensus h̄c nullum locum habere videtur.

Pag. 721. D. Τοιχορυχῶν] Ante τοιχορυχῶν vitiosè scribatur. Quamvis autem & in superioribus editionibus eodem modo legi sciam, errorem tamen manifestissimum emendare non dubitaui, quem ab aliis non obseruatum constat.

Pag. 723. E. Θερμούργατην, καὶ λεωργότατην] De vocabulis istis consule patris mei comment. pag. 257.

Pag. 724. C. Οὐσίαν] Pater meus in suis comment. pag. 259. οὐσίαν ēπειδὴ legēdum moner. Quæ lectio vera. Quare nihil mutandum, vt in aliarum editionū margine videmus notatum, οὐσίαν.

Ibidem. Τὸ θεῖον] Leunciauius vertit, id animal: sed hæc ipsam graci vocabuli vim non satis aperiunt. Sic enim Xenophon hominem appellat, qui sua forma hominibus nocet, vt feræ, & bellæ, quæ mordent, & laniant eos, in quos impetum faciunt.

Ibidem, D. Αφροδισιάζεν] Leunciauius ait se nō dubitare quin legendum sit αφροδισιάζεν, id est, secedere, quod τῷ απνιανότητι respondeat. Illud etiam οὐσία in θεῖα mutat. Sed pater meus in suis comment. pagin. 259. de hoc loco hæc tradit, quæ demonstrant nullam mutationem h̄c faciendam. Socrates enim (inquit) monebat etiam eos, qui aduersus res veneras non satis essent muniti, quique ab iis non tam facilè abstinere poterāt, quām facile ipse faciebat, vt cum iis mulieribus congererentur, quæ non adeò formosæ essent, ita vt sua forma, quasi quibusdam illecebris, vel tunc, quum corpus ipsorum his non admodum indigret, eos ad intemperantiam prouocarent. Cetera, quæ magnam huic loco lucem afferre possunt, eadem pag. 259. vide.

Pag. 725. B. Τοῖς θεοῖς μηχαναῖσθαι] P.m. in f.c. pag. 260. sic locum istum legendum arbitratur, μητὶ εὐχέμενον, vel potius, οὐτὶ εὐχόμενον. Hanc emendationem in sua postrema Xenophontis editione Leunciauius ad marginem vt bonam opportunènotauit.

Pag. 726. C. Ως, οἰς] Leunciauius οἴτης, οἰς proculdubio legendum affirmat. Sed si scribatur, οἴς, vt scribendum videtur, quod idem valet ac οἴτης, vt supra demonstratum, vbi nostram coniectaram, Eustathij verbis, & auctoritate confirmamus, nulla mutatione opus erit.

Ibidem, D. Εκεῖνον] Si codex sanus, hoc pronomen εκεῖνον non ad illud præcedens διαμόνον, quod est neutrius generis: at ad significatum, ad θεον vi delicit, referemus. Alioqui dicendum eset εκεῖνο, quod in margine videmus notatum. Eodem modo Xenophon pag. 728. B. loquitur, γάρ τον θεον, οντοῦντον, & cæt. deinde subiicit αὐτὸν, quod nō ad θεον proximè præcedens: sed ad τοὺς est referendum, quod ante τὸ θεον est collocatum.

Pag. 727. A. Τὸ δὲ καὶ τοῖς] Leunciauius in priori editione subaudiendum hic putabat, ποῖον τοῖς. i. Quale [hoc opus] est? Quod à sensu non est alienum. In postrema verò dicit legendum, οὐδὲ, & subaudiendum τοῖς. Sed nihil mutandum. Nam h̄c quoque ξπὸ πολιον̄ repetenda sunt illa verba, quæ pag. 725. D. leguntur, οὐδὲν τοις οὐ ποῖοι περιγραφαι.

εργω εοικέναι; Idem autem loquendi genus illuc etiam habemus, τὸ επειδεσθίς, & cæt. Idem eadem pag. E. ποτὲ τῶν ἀνολῶν, & cæt. Idem pag. 726. B. τὸ δέ, εὐφύουμέν, & cæt. Vel etiam reperenda, quæ leguntur pag. 726. A. Ταῦτα οὖτα περινοτῆς περιγράμματα στορῶν ποτε πέρι, ἡ γάλης εργαζόντος; Alibi tamen sape legas, τὸ δέ, εὐφύον, & cæt. ut pag. 733. C. D. Sed cur nulla necessitate nos cogente, verba textus mutabimus?

Ibidem, E. Καὶ αἱ θάρπανοι εἰσαπατωμένους] Detorato hoc loco consule p.m.c. pag. 265. 266.

Pag. 732. A. Καρδίας πλησίον, Εἰ μὴ δοκεῖν βούλοντο] Eschylus versus de Tiresia vate εἰς τὸ θηρίον, pag. 100. scriptos vide supra pag. 31. E.

Ibidem, D. Αἴπαντα διέκαλει] Hunc locum ante viginti annos, dum pater meus negotiorum suorum causa in Gallias profectus esset, in celeberrima Academia vices absensis obire iussus, publicè sic accipiendo monui, ἐκάλει αἴπαντα, οὐ τὸν μὲν λαζαντού μικρὸν οὐδὲ τὸν μέγαν, & cæt. Atq; post μικρὸν οὐ, constructionem mutatam monui. Vel etiam sic ista nobis accipienda, οὐκ ἐκένον, ὅτις μηδὲ μέν οὐ λαζαντού, & cæt. sic paulo post, παλὺ δὲ μεγαλού [αἴπαντα διέκαλε ἐκένον], ὅτις, & cæt. Quād emendationem, vel potius emendationis conjecturam in patris mei comment. pag. 274. additis A.E.P. litteris notaui. Leunclauius aliter sentit. Lector eam sequatur lectionem, quam duxerit optimam.

Pag. 733. A. Αἴσκεν ἔγκεστεια] P.m.in f.c. pag. 275. monet illos genitios, πίλους, δάλπινος, πίνου, vel ad ἔγκεστα referendos, vel συλλιπίδος, & figuratè supplendum καρπείαν, vel καρπίρην, vel aliquid huiusmodi. Afferit Virgilii exempla, Aen. xi. pag. 432. 21.

*Disceperit virtutem ex me, verūmque laborem,
Fortunam ex aliis.*

Idem lib. 7.

*Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat
Succinctus trabea.*

Leunclauius hanc emendationem haud improbavit, siquidem in editionis postremæ notis eam notauit.

Pag. 734. B. Τυς εἰρκταί] F.P. pag. f.c. 277. Domos alienas vocat carceres per quandam similitudinem.

Ibidem, D. Αἴσκεν δέν] Subaudiendum εἰσαντί. Sic & Theognis, ut F.P.f.c. pagin. 277. obseruat,

*Χρὴ πενίλω φεύγοντα, καὶ εἰς βαθυκύπα πόντον
Ρίπτεν, καὶ πέρων, Κύρε, καὶ ήλισταν.*

Ibidem, E. Αἴρεν τόπο] F.P. f.c. pag. 278. Præstare hoc. At αἴρεν cum datiuo, prodest. Hæc ad dam, cum datiuo personæ, & accusatiuo rei, significat, aliquid ab aliquo propulsare, auertere. Homer. Iliad. 2.

Αλλά οἱ ὄπις τῶντε πότε ἥρκεστος λυχέον οὐεδρον.

Leunclauius αἴρεν πότω legendum ait. Sed suam lectionem, aut conjecturam nullis rationibus probat. Ab hoc autem αἴρεν, δέ, latinum arceo deductum videtur.

Pag. 735. C. Αἴτια οὐ μοι δοκοῦ] Quamvis Leunclauij conjecturam non asperner, qua dicit le-

gendum, αἴτια οὐ μοι δοκεῖ, nullam tamen video necessitatem, quæ mutationem istam flagiter. Vulgatam enim lectionem hoc modo tueri cōmodè possumus, vt ex præcedentis periodi fine repetamus τὸ τοῦ κοινοῦ, ἐμαντίν τελε, sic, αἴτια πότε τελε οὐ, & cæt. id est, Sed me ipsum [ibi, in eo loco] colloco, vbi, [quo in loco] quædam inter hæc [duo, imperium scilicet, & servitum,] media via videtur esse. Quod autem subiunctiuus pro indicatio positus, nihil noui. Qui probatos linguae græca scriptores voluat, hoc passim obseruat. Quinetiam ipsa subiunctiuus modi vis hæc retineri, latinisque verbis exprimi bene potest, sic, esse visa fuerit.

Pag. 736. A. Σίνις] Hic πινοκήμπτης appellabatur, cuius vocis επιμονον Ouid. πῶν μεταμορφώσεων libr. 7. verbis elegantissimis aperit,

*Occidit ille Sini magnis male viribus vesus,
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè sparsum corpora pinus.*

De hoc Sinide, vel (vt alij scribunt) Sinnide, cæteris risque latronibus, quorum mentionem hæc fieri videmus, consule patris mei comment. pag. 279. 280.

Pag. 748. B. Σκοπούμα] Leunclauius ait legendū σκοπῶμεν, vertitq; consideremus: at (vt pater meus in suis comment. pag. 296. monet) vulgata lectio commodissimè retineri potest. Quare nihil mutantum. Est autem ποτοπήμα, αἴπικάς, αἱ ποτοπήμα, positum, vt σκοπόμενος, αἱ ποτοπήμα. pag. 754. E. Quid opus incertis conjecturis? quid aliorum argumentis? Audiamus ipsum Socratem de rebus iisdem verba facientem. Sic enim paulo post littera D. Τὰ διατὰ πάντα σκοπά. Quamobrem illud σκοπούμα recte habet, nec quicquam innouandum. Vertemus autem, Ego igitur (inquit Socrates) illud considero, an perinde, &c.

Ibidem. Πόνεων] P. m. in f.c. pag. 296. πόρων legendū monuit, quod παύμφορωτα τῷ κτήματι responderet.

E. Ibidem, D. Τὸ εὑρόντος] Si codex mendo caret, vel atticè positum est actuum pro passiuo εὑρέθην, vbi ad locutionis integræ perfectionem subaudiendum αργυρείον, vel πυρίατος. Vel etiam εὑρεθέντος legendum, vel πυχόντος. Qua de re consule patris mei comment. pag. 296. Leunclauius hanc emendationem securus, in suis postremis scriptis dixit, „Alii πυχόντες, pro εὑρόντος autumant. Quamvis autem Porti nomen nō exprimat, hæc tamen sunt Porti verba.

Pag. 759. C. Παιτείπικελεῖτο] Vel καὶ ηττονικαὶ παντες scribebatur, & præpositio proper similiūm literarum affinitatem, vel propter confusionem ex abbreviaturis ortam, à librariis per imprudentiam est omissa, vel more attico subauditur. De his autem nomintum, verborum, aduerbiorum, & præpositionum defectibus, supra pluribus à nobis est actum. Quare nihil noui iam dicetur. Sic pag. 765. C. πῦτος θεογονεῖ, pro κτῆπον. & pag. 766. B. πὺς κεράσους τεῦτα, pro κατατεῦτα.

Ibidem. Αὐτὸν ιδεῖ] Si conjecturis uti licet, hunc locum sic legendum esse crediderim, καὶ περικατείρητον οὐδὲ δικτυόν, &c. atque ποτε οὐτον, iam bene habebit. i. quandam illorum, qui Critonem calumniis vexabant, in publicum iudicium vocauit, in quo vel capitatis, vel mulieræ causa illi erat dicita.

da. Nihil tamen ideo muto: sed lectorem obiter hac de re moneo. Meam coniecturam sequentia verba confirmant. Subiicitur enim, ἐπιστολές αὐτῷ, &c. quod non ad plures calumniatores: sed ad unum tantum, de quo mentio prius videtur facta, referendum. Non absurdum autem, nec à veritatis scopo remotum fuerit, si nomen illud indefinitum πρὸς subaudendum hoc loco dicas, quod à Xenophonte consultò, vel à librariis per imprudentiam, ac incuriam prætermisum.

Pag. 762. C. Τὸν δὲ μὲν αὐτὸν ἀγρυπναῖ] Perpettam & in superioribus editionibus, & in postrema legebatur ἀγρυπναῖ: sed errorem minimè dubium corrigerem non dubitaui. Sequens ὀφελόντα correctionem indicat. Illud εἰπεῖν, & sequens εἰπεῖν συνάνθετος ponuntur, vel in vitroque loco scribendum εἰπεῖν. Nihil tamen temerè mutandum. Τὸν αὖτις iam superfluum videtur. Τὸν ἀγρυπναῖ, τὴν πατρόνταν. Τὸν ἀετόν, τὸν πλευρούμενον. Τὸν ὀφελόντα, τὸν πλευταῖον. Quanquam si quis diceret legendum, πρὸς μὲν αὐτὸν, hoc mihi nequaquam displiceret.

Pag. 765. E. Εὐκαλόδου] Consule patris m.c. pag. 322. vbi Aristophanis versus affert, qui sunt αἱ πατέραι.

Ἐπιβολή πολίτης ἀποθεῖσας καταλόγῳ,
Οὐδεὶς καὶ πανδάς μελεχαρίστοι.
Αἱ δὲ πατέραι τῶν πατέρων ἔγειραντε.

Ibi interpres, πινακις (inquit) erant, εἴπερ ἀντέρησαν τὰ τῶν σπατενομένων ὄντας. Propriè tamen οὐ κατέλογος πών εἰσαίθμον, id est, enumerationem significat.

Ibidem Λοχαγον] In superioribus editionibus λοχαγον, ἔξυπνως scriptum constanter extat. Leunclavius in postrema editione, λοχαγον legendum esse dixit. Quæ lectio si bona esset, partici-
pium aorist. 2. act. hoc esse dicemus. Ut enim ab ἀγρ., ἀετ., ἀγρ., & atticè ἀγρ., deductum ἀγρον particip. simplex, sic à λοχαγον, s. compositum λοχαγον. Sed an hec formatio locum habeat etiam in composito, iudicent alii. Nec enim ego tale quid ausim affirmare, præsertim nullis coniecturis nixus, & nullius auctoritate fretus. Illud certè constat, hoc vocabulum λοχαγον apud nullos reperi, quod ego saltem legerim, & recorder. Sed λοχαγον, ὡς, passim apud varios historicos inuenias. Ne longius abeamus, apud hunc ipsum hoc ipso in libro supra pag. 761. D. legitur, εἰπεὶ πεζοῖς πεζοῖς, ἢ λοχαγον. Participium πεζοφρον, quod statim sequitur, facit ut λοχαγον potius legendum credam. Hæc lectio, præter accentum mutatum, nullam aliam mutationem, aut nouitatem habet. Pristina lectio nostram coniecturam aperte confirmat.

Pag. 766. A. Φιλόνεκος] Præstat φιλόνικος scribere, id est, victoriæ cupidus, ut pater meus in s. c. pag. 322. scriptum habet. Quam lectionem & alii in suis postremis editionibus, ut optimam, sunt sequunt. φιλόνεκον εἶ], Θ φιλόνικην, virtus vertuntur non solum priuatis hominibus: sed etiam, atque adeò præcipue, apłis Imperatoribus. Ex hoc enim contentionis, & rixarum studio mala grauissima sa-
penasuntur. At φιλόνικον εἶ], Θ φιλόνικην, Θ ή φιλό-
νικια, in belli duce potissimum requiritur, ac laudatur. Quum enim Imperator vincendi studio

A flagrat, in hanc vnam præcipuam curam omnibus animi, corporisque viribus incumbit, ut victoriæ insignem ab hostibus reportet, cuius etiam causa munus imperatorum ei solet mandari, quod parta victoria beatitudinem quandam patriæ, suisque militibus afferre videatur. Lectionem φιλόνικος ipse Xenophon paulo post confirmat, οὐχ ὥρας (inquit) ηγέταις περιχορηγηκε, πᾶσι πᾶσι χοροῖς νενικηκε. Sic enim ad τὸν φιλόνικον ἔπομον aliquid. Hæc autem de eodem Antisthene dicuntur, quem antea φιλόνικον appellauit.

Ibidem D. Τὸν περισσον] Leunclavius τὸν legerendum ait. Sed nihil mutandum. Sic enim locus est intelligendus οὐδὲ, τὸν περισσον εἰπάσσον διπλοῦσσον περισσον, οὐδὲ διπλούσσον, in αὐτοπτον διπλοῦσσον, id est. Quid vero, singulos efficere idoneos ad [aliis] imperandum, annon hoc ad vitrumque pertinet? Hic autem περισσον, οὐδὲ πολ, περισσον, καὶ πολιν, accipiendo, quod minimè nouum, εἰπάσσον πολιν αρχιμένους, καὶ περισσον. διπλοῦσσον περισσον] αἱ λιας περισσον τὸν περισσον διπλοῦσσον. Leunclavius in sua versione lectionem aliam, quam in suis notis habet, sequutus est, quæ Xenophontis hæc verba nullo modo nobis interpretatur. Quare meam huius loci versionem ad marginem notaui.

Pag. 767. B. Οὐχ ἔπεισα δὲ πότερον] Maximè omniū. In primis. Sed obiter obseruandum τὸ πότερον πλεονάκι. Huiusmodi pleonasmos apud Latinos etiam sèpe reperias, ut apud Plautum, variis in locis, Minimè gentium.

Pag. 768. D. Αἱ πατέραι τὰ δὲ χώρες] Pater meus in suis comment. pag. 326. de hoc loco hæc tradit. Si codex (inquit) mendo caret, est elliptica locutio, & supplenda aliqua particula, vel εἶναι, vel alia idem valens. Dicimus enim αἱ περι-
χωνα, & αἱ περιχωνα τῶν πονος, at non αἱ περιχωνα πο-
νος, nisi κατ' ἔλεγχον. Hanc patris mei coniecturam Leunclavius non solum probauit: sed etiam suarum notarum confirmatione, in postrema Xenophontis editione, dignam iudicauit.

Pag. 773. D. Αἱ πατέραι τὰ δὲ χώρες] Quidam βλάπτεισι τὰ δὲ χώρες legendum aiunt. Alii αἱ πα-
τέραι τὰ δὲ χώρες, quam lectionem ipse Xenophont videtur quodammodo confirmare, dum subiicit, οὐδὲ κατ' αἱ πατέραι τὰ δὲ χώρες τῷ βουλο-
μένῳ; Leunclavius illud αἱ πατέραι retinendum, at præpositionem τὰ tollendam censet. Leunclavius sententiam ego quoque sequor. Bona enim videtur, & τὰ αἱ πατέραι non solum genitio: sed etiam accusatio gaudet. Ut, Homerus Iliad. F ο. 308.

Αἱ πηται κατόπιδε, ποσὶν ἐχεστι πεπιθώσι,
Ιχθάπ, γλουστός π. -----

Vide Eustath. ὁ τὸν αἱ πατέραι, vbi huius verbi constructionem aperit, & quando genitium, quando accusatum habeat, pluribus aperte docet.

G Pag. 775. D. Οἱ μητραι, εἰπεῖν] Pater meus in suis comment. pag. 335. particulam εἰπεῖν hic desiderari monet, sic, εἰπεῖν τούτες.

Pag. 780. B. Μὴ πειθηται] Bis hoc loco scriptum erat πειθηται, quod à Leunclavius in πειθηται mutatum. Ait enim hoc πειθηται nimis poetum esse, & simile illi Hesiodeo verbo πειθηται. Quamvis autem hinc πειθηται melius videri fatear, non ideo ta-

men

men alterum illud πήνη nunc reiiciendum, quasi A poeticum potius, quam soluta orationis vocabulum sit habendum. Multo minus hoc insolens, ac prorsus inusitatum esse concedam. Non enim à πέρισσαι, οὐδεις, deductum est. Nam in subiunctivo praesentis scriberetur πήνη, ut πήνη; sed est aorist. 2. med. quod sic formatur, πήνω, aor. act. ἐπέδον, aor. 2. med. ἐπέδοντο, subiunct. εἰς πήνημα, η, ηται, ut λέπτη, ἔπιπλη, εἰς λίπημα, η, ηται. Infinitus, πήνηται, ut λέπτη. Qua de re supra pag. 6. B. à nobis pluribus est actum. Quamvis etiam vocem πήνηται à Leunclauio formatam nonnunquam, nego tamen vocem πήνηται esse corruptam. Quot enim alia vocabula reperias, quæ variis modis apud varios scriptores variis de causis scribuntur? An ideo corrupta dicemus? Absit. Nihil igitur temere nobis est innouandum:

Pag. 783. B. Οὐ δὲ δὴ ἀκούσασι] Leunclauius hunc locum ita legendum ait, ἀκούσασι γέ, εἰ τὸ λόγου κρέπτην, ὅτι καλαθεῖν. αἴπερ ποδ., κρέπτων εἴη, ἔχειν καπαθεῖν. Sic autem vertit, Nec enim illi, qui audierint, cognoscere possunt, an ipsius forma commemorationem omnem superet. Illud autem κρέπτων ad ipsam Theodeten refert, & personam pro ipsius forma, & pulchritudine figuratè sumit. Sed κρέπτων in genere neutro retinendum, ut scriptum legitur, & subaudiendum κάλος. Sic enim paulo antè Xenophon est locutus, ὃ πρέπτων εἴη λόγου πολλος πῆγματος. Hinc autem Leunclauius suam emendationem sumpsit, optima cōiectura nixus, quam laudo: sed in illa ποδ. κρέπτων in κρέπτων mutatione, sententiam eius non sequot. Illud addam obiter, κρέπτων λόγου κάλος, hīc καρπολικῆς appellari formam, speciemque corporis elegantiorem, quam ut verbis exprimi possit.

Pag. 785. C. Εἰς αὐτὸν τὸν π. π. πένηται] Διάντη malim. Sic enim paulo post idem à Xenophon te dicitur, ἔως αὐτὸν δεῦροι. Præterea πένης, & πολλοὶ plerunque subiunctivo gaudet.

Pag. 787. D. Αὐτόματος ἔφη ποὺν φάρμακον ἀγαθὸν θεάσθαι] Leunclauius de hoc loco iudicium, & conjecturam probo. Sic autem totus locus est construendus, & accipiendus. ,, Ε'φη. πένης; οἱ Σωκράτες. πέδεσκεν, ἥγουν διδάσκειν αὖ, πούτει διδάσκειν. πέδεσκεν φάρμακον. πίνος; πούποι. ταῦτα δηλούστηκαν αὐτοῖς, δι' οὐδὲν εἰκανος αἴδενς ἡ θεία. πώς οὖ, καὶ πίνος χαρίν οἱ Σωκράτες ποδοὶ πέδεσκεν φάρμακον διδάσκειν ταῖσι σχετικοῖς αὐτούμενος, ἥγουν ἔπως αἰσθοται τοὺς ποδοὺς εἰδούντος αἴσθεσθαι. ποδοὶ δὲ πέδεσκεν ποίουν οὐδὲν; πότε πάντα φάρμακον ποίουν οὐδὲν;

Pag. 788. C. Αλλὰ ποιάπον] Aliás, quod vñstatiūs, ἀλλὰ ποιάπον. Evidētum nihil nisi pallium, vel nihil aliud, quam pallium, ferebam. Sic etiam aliás diceretur, ἀλλὰ ποιάπον, pro ἀλλο, ποιά.

Pag. 792. E. 793. A. Μη περάντης οὐσιώχειται] Leunclauius οὐσιώχειται legeridum ait. Rationes, quibus suam mutationem tueri contantur, in eius notis vide. Verum ego nihil mutandum censeo. Nam vulgarē lectionis optimus est sensus, hic videlicet, Qui cæteros eloquentia, prudentiāque superare cupiunt; illos non solum domi quam frequentissimē eloquentia, prudentiāque studiis operam sedulam nauare decet: sed etiam ad eos oportet accedere, qui eloquentia, prudentiāque cæteris longè præ-

stande videntur, atque adeò illos harum virtutum parandarum causa apud earum magistros quilibet facere, & tolerare oportet, ut nihil sine suorum magistrorum auctoritate, nihil siue iudicio, sententiāque ipsorum facere videantur. Hoc autem similitudine, exemplis, & inductione confirmatum illustratur. Quemadmodum qui periti citharistæ, vel tibicines, vel equites euadere student, non solum ipsi in his artibus, intra domesticos parientes, & per se, suōque marte, quam sapientissime se exercent: sed alios etiam adeunt, qui harum artium peritissimi censemur. Sed similitudo, exempla, & inductione præcedunt. Observandum etiam argumentum, quod à minori ad maius appellatur.

B. Si enim in ludicris, vel saltem patui momenti rebus maxima diligentia, maxima assiduitas, maximum studium, & præstantissimi doctoris opera requiritur, ergo in seriis, maximique momenti rebus hæc omnia longè maiora requiriuntur. Hinc autem (si quid tamen nobis ad hoc extrema necessitate compulsis, vel addere, vel immutare licet) hanc lectionem à veritate non alienam erui posse duco, περάντης μη μόνον οὐσιώχειται ποιάπον; πολλοὶ βούλωνται διωκτοὶ θύμησι, καὶ θέατρον, αἵματα καὶ θύμη, &c. id est, Conantur non solum quam frequentissimē facere id, in quo valere cupiunt, conantur, inquam, id facere domi, per se, in marte suo: sed etiam apud illos, qui præstantissimi videntur esse, idem facere conantur, quilibet facientes, ac sustinentes, ne quicquam sine illorum præstantissimorum virorum sententia faciant, quod alia ratione celebres non sint euasuri. vel, quod alia ratione seclaros viros non euasuros putent. Hic minima mutationem factam videmus. Nam partitulam μη, quæ per librariorum imprudentiam ante περάντης, in describendo fuerat collocata, post illud collocamus, & καὶ, quæ ante καὶ εἰαπόνης erat, post αἵματα ponimus, vñcūm nostræ conjecturæ vocabulum, μόνον vñdilect, ad ipsam τῆς φεύσεως, καὶ τῆς αρμοζόντης γνώμης ὄλογαντας addimus. Sic autem hæc melius à quo quis intelligentur, si legitimam constructionem indicemus, & quæ ad loci faciliorem intelligentiam faciunt, paucis addamus. περάντης μη μόνον καὶ εἰαπόνης, αἵματα καὶ θύμη ποιάπον; καὶ θύμη, πολλοὶ βούλωνται διωκτοὶ θύμησι. ποιάπον δὲ καὶ ποιάπον αριστοὶ δοκοδοῖς Εἰ, περάντης λέγεται, οὐσιώχειται ποιάπον εἰαπόνης, καὶ θύμη, πολλοὶ βούλωνται διωκτοὶ θύμησι. ποιάπον δὲ καὶ ποιάπον αριστοὶ δοκοδοῖς Εἰ ποιάπον περάντης; ποιάπον ποιάπον, &c. διὰ ποιάπον; οὐσιώχειται ποιάπον αἴσθεσθαι θύμησι. ποιάπον θύμησι. Iam videt lector quantum huic loco lucem ista ferant. Vnicuique tamen liberum sit iudicium:

F. Πάντα ποιάπον, οἱ ιστομένοι,] Huc illi non inélegantes versus, qui sunt in omnium ore, perbellè referri possunt,

Qui cūpīt oīratām cursu cōtingere metām:
Mūlatūlī fecītque puer, fūdanūt, & alīt.

G. Pag. 807. B. Θεοὺς οἷμας ποὺς νόμοις ποὺς [ποὺς αἰχάρους] ποὺς αὐθάποις θεῖας] Sophocles εἰ ποιάπον Τυρεύνω, pag. 187.

H. Εἰ μοι ξωσεῖν φέροντα μοῖρα πάν
Εὐσεπίου αἴγαντα λόγου,

Ἐργον τὸ πάντων, ἐν τῷ οὐρανῷ τοῖς ἀνθρώποις
Τὸ μηδέποτε σεβλιαὶ διαφέρει
Τεκναθέντες, ἐν ὄλυμπος
Πατρόμονος, ὃ δὲ νῦν θραλλή²
Φύσις αἰνέραν ἔπειπν, εἰδέ
Μήν ποτε λαζανα καθηκομένος.
Μέσας, οἱ ποντίς θάσοι,
Οὐδὲ γενέσθαι.

Pag. 809. E. οὐτε οὐ μὲν ἀκεραία, & pag. 810. A. οὐ δὲ ἐγερτεῖ] Leunclauius ait legendum ὅτι οὐ μὲν ἀκεραία. Sic enim sequentia, οὐ δὲ ἐγερτεῖ, me- B liūs hīs respondere. Quamvis autem sensus hanc, vel aliam huiusmodi lectionem flagiter, tamen (vt ingenuè dicam quod animus lenti) tantam vocum mutationem non facilè probare possum, præsertim cùm inter οὐτε & οὐτε nullam fere similitudinem, ac affinitatem intercedere videamus. Qui οὐτε οὐτε legendum putant, aliquid afferunt, quod verisimilius. Sed hīc quoque mutatio nimis magna. Ego verò sic legendum arbitror, οὐ δὲ ἐγερτεῖ, vt particulam οὐ dicimus omīnam. Quod minimè nouum. Nam & apud Thucydidem, & Aristotelem sāpius reperias ἐπειδὴ sine ὁρῶν πρæcedente, & ὁρῶν non sequente ἐπειδὴ. Quia dñe fusiū in nostro Xenophōtis indice græcolatino, vbi exempla notantur. Vide ὁρῶν, & ἐπειδὴ. pag. 811. A. exemplum habemus vbi ὁρῶν sine sequenti ἐπειδὴ ponitur. Ibidem videmus οὐ particulam positam, non πρæcedente μὲν. Aliás enim dici solet, ὁρῶν μὲν, ἐπειδὴ. & pag. 813. D. ὁρῶν sine οὐτε πειδὴ sequenti: & pagin. 821. οὐτε non πρæcedente ὁρῶν. & 870. B. præter οὐτε sine ὁρῶν πρæcedente, etiam οὐ, non πρæcedente μὲν, positum habemus. & 910. A. Vel etiam sic legēdum, οὐ δὲ οὐ ἐγερτεῖ. οὐδὲ autem pro οὐτε, non solū apud poētas: sed & in oratione soluta passim reperias cū in sacris literis, tum etiam apud Xenophontem, vt in indice græco-latino diligenter notau. hīc satisfuerit si locos aliquos tantūm fidei facienda gratia notarim. Vide igitur pag. 828. A. 898. E. 908. B. 943. C. plura in ipso indice. Lector de nostra conjectura libere sentiat, dicat, ac pronuntiet quod à veritatis partibus stare iudicari.

Pag. 812. A. οὐ εἰδόμενοι δικαιόνεις οὐ τὸς εἰδότας] Vt supra pag. 811. B. C. in definitione τὸς εὐπειθεῖν, οὐδὲ τὰ οὐτε τὸς θεοὺς νόμου εἰδάς, ορθῶς οὐ μὲν εὐ- F στόντες οὐτούτοις εἰν, sic etiam in ista τὸς δικαιόν definitione, οὐδέμενοι δικαιόνεις οὐ τὸς εἰδότας τὰ οὐτε αἰθρίους νόμου, Socrates quorundam opinionem sequi videtur, qui virtutes in ipsa rerum scientiā, sine actione, positas putabant. At hoc modo diaboli & pii, & iusti essent, quia hīc omnia optimè norunt. Quod profectō non solū est absurdum: sed etiam impium. Nam ex diuini verbi præscripto constat eos pios dicī, qui non solūm sciunt quid sit pietas. sed qui etiam pietatem colunt, & pro virili piè viuant, & ope diuina freti faciunt, quæ pietas fieri postulat. Idem etiam de iustis est sentiendum, & dicendum. Hīc autem nullam pieratis, ac iustitiae perfectionem intelligere debemus. Nullus enim ex corrupto mortalium genere præcreatus istam perfectionem vñquam habuit, aut in his terris est habiturus. Sed καὶ σύγκει-

A. οὐ hīc dicuntur, & quid affectandum, & quod totis animi, corporisque viribus sit contenden- dum, hoc modo demonstratur, vt pietatis, & iustitiae cultores studiosi stamus. Vnus enim ille Scrutator noster hanc perfectionem habuit, quia non ex corrupto: sed diuino semine conceptus, ac natus, vñus ille noster est Iustitiae Sol, qui suis radiis pios illustrat, vñus ille Iu- stitiae fons perennis, vnde fideles hauriunt per- petuū quicquid boni possident. Quamobrem istas Socratis definitiones ex veræ theologiaꝝ præceptis mancas esse parer.

Pag. 813. B. Βασιλεῖα δὲ, οὐ περινίδα] τῆς δημο- κρατίας, οὐ περινίδας, οὐ τῆς Βασιλείας ἐπαγόν, καὶ φο- ψ, Euripides οὐ τῆς Ικετοῦ, pag. ex Plantini ty- pis 325. 326. versibus elegantissimis persequitur, eum consule. Illic enim multa reperies, quæ magnam huic loco lucem afferent, Socra- tisque sententiam confirmabunt.

Pag. 815. C. Τὸς μάτιον περιμανίας] Pro- culdubio in vētustis, manūque scriptis codici- bus, per abbreviationem hīc ita scribēbantur, οὐ μάτιον πρ. at imperitus librarius pro π., quod valet πιο, scripsit τ., quod valet πιο, hīc que propter maximam scripturæ similitudinem errorem istum peperit, quem postea viri docti cū animaduertissent, sic emendarunt, vt ad marginem habemus notatum, οὐ μάτιον περιμανίας: sed πιο μάτιον περιμανίας legendum. Epithetum autem masculine cum foemineo substantiuo iunctum est Atticē. Huius Atticissimi multa tām poētarum, quām aliorum scriptorum exempla in nostris in Dionysium Halicarnasseum annotationibus attulimus: multa etiam habemus collecta in nostris in totum Sophoclem commentariis, quos nondum in lucem edidimus, breui tamen hoc facturi, si Deus Opt. Maxim. nostris cœptis, consiliisque benignè fa- ueat. Lector (nisi fallor) nostram coniecturam probabit.

Pag. 817. C. Τέτων χείρων γίγνεται] Quoniam Xē- nophon antè dixit, απαγκένοντες οὐ δυομαθέσεον, οὐ δηπλομονέστερον ἀποτελεῖν, nūc ex grāmaticorū præceptis ad legitimā orationis structurā, & verbo- rū congruam seriem seruādam, videretur dicen- dum, τέτων χείρων, vel χείρω, vt sit accusatiūs Atticus οὐ τὸς ιανικοῦ ἀχειρού χείρων καὶ λεγειν formatus. Atque adeò sic olim scriptum fuisse puto: sed postea per librarii imperitiam, qua- si vox eslet corrupta, χείρω scriptum arbitror. Si codex sanctus est, constructionem mutatam dices. Graci autem tam ante, quām post infinitiūs, nominatiūm, vel accusatiūm ἀ- σηθόρως ponunt. Xenophon pagin. 826. B. οὐ μάρος οὐει ἐναγ; pro, οὐει οὐει τὸν μάρον ἐναγ; I- dem pagin. 829. E. Α' ειεις ἐναγ οὐει. pro, οὐει οὐειν οὐει οὐειτον. Et 830. E. 850. A. πος δέ- μις οιει οὐει ουι; pro, θειν. 874. A. οιωεικενα- οιειος ἐφιπτερειναι. pro, οιωει οιωεικεναοιειον. Et 920. A. ξφοιος οιδικωποι οιει. pro, οιωποι οιδικωποι οιει. G. Plura in nostro græcolatino indice. Hac ipsa pag. E. Xenoph. accusatiūm χείρων surpar.

Pag. 822. C. Πόσου αἱ] Pater meus in suis com- mentar. pagin. 396. monet legendum potius, πόσου, id est, quantum. quantum pretium. quantum pecuniaꝝ putas tuas fortunas venditas, id est,

est, si vendantur, reperturas esse. Est autem bre-
vius *ταῦτα ποσὶς*, καὶ *περισσωπίᾳ*. Sensit. Si verò
tuas fortunas vendideris, quantam pecuniā
summam te ex his collecturum existimas: Hanc
patris mei correctionem Leunclavius non so-
lum probauit: sed etiam ad editionis postre-
mæ marginem annotauit, variisque rationibus
in suis notis confirmauit.

Pag. 823. A. IIosantias] Publicorum operum procurationes, & huinsmodi praefecturas. F. P. pagin. 398. Leunclauius, patrocinia: sed hoc ipsam Xenophontis mentem iam non satis aperit.

